

SVMMA,
 QVAE
 AVREA AR-
 MILLA INSCRI-
 BITVR,

BARTHOLOMAEI FVMI
 Placentini, ordinis Prædicatorum, ac
 hæreticæ prauitatis Inquisitoris.

Breuiiter strictimq; omnia continens, quæ in Iure canonico
 apud Theologos, et omnes Summas circa anima-
 rum curam diffusè dissepsq; tractantur.



Lugduni, apud Iacobum Boyerium,
 M. D. LIII.

de la Comp^a de Jhes



*Esta conforme al expungitorio del
 año de 1632 y por comisión del Sr.
 oficio de fime Andrés Mendoc*

*y conforme al ex
 purgatorio de 1640
 Francisco Maldonado*

de la libreria

1560a

*nihil addit expungit
 anni 1707*

Comission del Sr. oficio

Marmel Jhes



REVERENDISSIMO

D. D. CATELANO TRIVULTIO, EPI-
scopo Placentino, Comitiq; Fr. Barthelom. Fumus,
Vilauren. Placentinus, ordinis Prædica-
torum, ac hereticæ prauitatis
Inquisitor, S. P. D.



V M M V S ille rerum omnium artifex
Deus optimus, Reuerendissime Archimandri-
ta noster, antequam ullas conderet creatu-
ras, in seipso sufficiens, omnem perfectionis
plenitudinem, omnem excellentie gradum,
omnem denique entitatis (ut ita loquar) modum perfectissi-
mè complectebatur. Verum quoniam (diuo attestante Dio-
nysto) boni natura hæc est, ut sese alijs communicet, mundum
hunc multifarias rerum species continentem, in quibus ipse
orbis artifex multis modis suam ostenderet maiestatem, plas-
mare decreuit. Vnde supermundanos primum illos spiritus,
tribus Hierarchijs partitos, nouem pariter ordinibus discre-
tos protulit, in quibus inexhaustæ bonitatis specimen depin-
xit, seq; ab eisdem per intellectualem cognitionem participan-
dum exhibuit. Dehinc tornatiles cælorum globos, radiosum
Solis iubar, pallentem Lunam, fulgentia astra, mirabili im-
posuit harmonia, quæ omnia proprijs motibus perpetua le-
ge, congruenter aptauit. Quatuor postmodum finxit elemen-
ta, ignem uidelicet, aërë, pontum, & aridam, in quibus ani-
mantia quæque, præcipue hominẽ ad ipsius Dei optimi ima-
ginem formatum, collocauit. At ne miseri mortales improba
urgerentur fame deperirẽtque, lubricos undis pisces, dulcia
arboribus poma, uirentia campis gramina producere man-
dauit. Sicque factum est, ut mundus iste ita examusim, &
perpuls

REVERENDI PATRIS FRATRIS

BARTHOLOMAEI FVMI, VIL-

lauren. Placentini, Prædicatoriæ familiæ
professoris, prauitatisq; hæreti-
cæ Inquisitoris,

AVREAE ARMILLAE PRINCIPIVM.

*



3 **ABBAS** debet
annum uigesimū
quintū incēpisse.
3 cle. generalē.
de ætat. & qua.

ord. & esse pres-
byter. extra, e. ti. c. j. & à monaste-
rio, cui debet præesse, eligi. c.
abbatē. 18. q. 2. de eodemq; mo-
nasterio, si ibi sit persona ido-
nea, eligi, aliàs de aliis monaste-
riis. eadem q. c. quā sit. & Pa. in
c. cum monasterium. de elec. Nō
professus, uel alterius religio-
nis, eligi non potest, quāuis po-
stulari. Debet à prælato imme-
diatē superiori cōfirmari, secun-
dum Host. & ab episcopo dice-
cesano benedici, nec ante bene-
dictionē debet ordinare. c. quo-
niam uidemus. d. 69. si tamē con-
suetudo est, quōd benedicatur,
secundum quosdam.

4 **Abbas** nō potest præesse, uel
pertinere simul ad duo monaste-

ria, nisi unum sit sub alio, uel ad
aliud pertineat. de relig. dom. c.
ulti. fi.

5 **Abbas** potest facere, quæ ad
officium suum pertinent, si epi-
scopus tertio requisitus cum hu-
militate, recuset eum benedice-
re. de sup. negli. præ. c. f.

6 **Abbas** non potest renūciare
exemptioni suæ. de arbit. c. cum
tempore.

7 **Abbas** potest absoluerē mo-
nachos suos ab omnibus pecca-
tis, & censuris, nisi specialiter al-
teri de iure reseruentur, secun-
dum Innoc. in c. nuper. de sent.
exc. & Tho. in 4. sen. d. 18. q. 2. a.
1. q. 1. & Archie. flo. 3. parte, ti. 25.
c. 77. Pan. tamen in c. monachi.
de sen. excom. tenet cōtrarium,
contra communem opi. prædi-
ctorum, & aliorum multorū do-
cto. Sunt etiā inspicienda eorū
privilegia super huiusmodi.

8 **Abbas** presbyter benedictus,

a 3 uel